



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Nicolaus Turlot n. 52

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

Omnia mutabit, & cernere leta iuuabit:

Et tandem caeco lux hæc erit tradita sæclo.

Et quod ad maiorem eius laudem spectat, in omnibus, in quibus Catholica fides agnoscitur, habet Collegia. *Hætenus ille.*

*Societas
inæstimabilis
Margarita.*

*Ad Cæli
honorem,
terre glori-
am, An-
gelorum
gaudium,
& hominũ
utilitatem.*

*Ad fideles,
reforman-
dos, re-
frænan-
dos hæreticos,
& Euan-
gelium per
orbem ex-
tendendũ.*

*Splendens
militia, cu-
ius omnes
filij docti à
Domino.*

*Ardenti
zelo nouum
Christo pe-
perit orbẽ.
Et Orbem
Christianũ
erroribus
purgauit,
hæresum
monstris
prostratis.*

51. * AB ALFONSO GOMEZ DE ROXAS Canonico Hispalensi meritissimo, qui in Concione funerali P. Iacobi Granado, initio sic in Societatis ac Sociorum laudem exclamat. O æterna Prouidentia! O diuinum regimen! quàm subito Ecclesiam ditare decreuit inæstimabilis huius clarissimæ Religionis Margarita, ad cæli honorem, terræ gloriam, Angelorum gaudium, & hominum utilitatem: ad maius insuper Scientiarum decus, ad nouum sapientiæ splendorem, ad reformandos fideles, ad refrænanandos Hæreticos, ad sanctam Sedem Apostolicam, Romanique Pontificis auctoritatem in omnibus Nationibus tuendam, ad Euangelium per nouos orbis extendendum: vetus enim angustus erat animo, ac efficaciam splendentis huius Militiæ: cuius veri filij tam edocti à Deo sunt in sua interiori cordis schola, quàm in sua acie experti milites, iuxta illud Isaïæ 54. Ponam Vniuersos filios tuos doctos à Domino: quod bene oculis perspicitur: ante annum siquidem centesimum tot Sanctos produxit, qui sacris iam coluntur aris, tot utilium scriptorum volumina, ac si in sæculo Ecclesiæ primitiuo fundata esset Societas, &c. *At tanto viro (quem noui literis ac virtute conspicuum Societatiq; addictissimum) non poterat Illa encomio minus celebri commendari.*

52. * A NICOLAO TVRLOT Canonico, & Archipresbytero Namurcensi in Thesaurò Doctrinæ Christianæ in Præfatione. Sanctus Ignatius (inquit) Fundator Illustrissimæ Societatis IESV rudimenta Christianæ doctrinæ pueris explicabat, & ab suis subditis nihil exigebat auidius, quàm vt se totos huic rei impenderent. Quod hætenus præstitere adeo ardenti zelo, & Christiana charitate, vt Orbem nouum Christo pepererint, & Orbem Christianum innumeris erroribus purgauerint.

gauerint, hæresumque monstra profligauerint, Dæmone, & eius asseclis nequicquam freudentibus.

53. • A FLORITIO RIQVABOVRG, *In Prefatione vite P. Gasparis Barzei*: *Et* eo tempore (*inquit*) quo innumera hæresum capita pullularunt, Deus Optimus Maximus Societatem excitauit, quæ sub vexillis Christi fidem Christianam propugnaret, & tanquam Clypeo Ecclesiæ Catholicæ hostes arceret, &c. Nullus Ordo (*subdit*) in Ecclesia Dei maiori conatu Christi fidem & auidius propagat, adeo ut de eo dici possit, in omnem terram exiuit sonus eorum, &c.

Contra
quas sub
Christi
vexillis, vt
Ecclesiæ
clipeus fidem
propugnat;
hostes ar-
cer.

54. A FEDERICO IAMOTIO Erudito Germano, qui in carmine Græco-latino ad P. Delrium pro suis de Magia disquisitionibus, sic suum protulit de Societate iudicium, apud P. Auendaño in suo Epithal. sacro dissert. Proæmial. n. 79.

Hinc catus, & prudens vir colligat instita prorsus
Esse Sodalitio fortissima pectora vestro.
Aspera, quæ spectent, & semper ad ardua tendant,
Magnaque suscipiant duro comitata labore.
Sed mihi nec Cætus liceat memorare piorum
Mysterum, placidi IESV de Nomine dictos:
Qui solida virtute cluent, operaque labore
Difficili præstant reliquis.

Socij lau-
dantur ex
solida vir-
tute, &
laborum
tolerantiâ.

55. A IOANN. TAPIA Hispano, qui inter officiosas absentium gratulationes non inuenisset in Borgia Generalis creatione, illi ex Vrbe Valentia has literas dedit: Gratulentur cuncti mortales è terra, cui grates agunt immortales è cælo, ac nominatim singularem eius erga te indulgentiam collaudent, dum pro populis, qui tantum corporibus tibi parebant, eos dedit qui etiam subiecti sunt animis, ad imaginem vnius Trinique Dei procreatis, ut ipse è dominatu terreno eucheris ad principatum caelestem, curandosque, & regendos acciperes homines quosdam diuinos, nationem eiusmodi, qualem nemo Regum sortitus est. Ita distant Imperia, quæ humanis confi-

Ij. diuinæ
homines:
& Natio,
qualem ne-
mo Regum
sortitus est.